EXPLICIT LIBER X.

INCIPIT LIBER XI.

DE EQUO ALBO RECAPITULATIO A PASSIONE XPI BREVIBUS.

Et uidi celum apertum et ecce equus
albus et qui sedebat super eum uocatur
fidelis et uerax et cum iustitia iudicat et pugnat. O-
culi autem eius sicut flamma
ignis. et in capite eius diade-
mata multa habens. nomen scriptum.
quod nemo nobit nisi ipse et bestitus
erat ueste aspersum sanguine
et uocabatur nomen eius uerbum dei.
Et exercitus qui sunt in celo sequebantur
eum in equis albis. induti bissinum
album mundum et de ore eius proce-
dit gladius acutus ut in eo percutiat
gentes et ipse pascit eos in uirga
ferrea. et ipse calcat torcular
uini indignationis ire dei omnipotentis.
Et habet in bestimento et super
femur suum nomen scriptum rex
regum et dominus dominorum.

EXPLICIT STORIA.